Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hic enim pre ceteris uiuentibus imago creatoris dicitur. quibus in futuro similitudo illa donabitur. de qua apls loquitur. Similes ei erimus. quando eum uidebimus sicuti est.
Qui profecto sicilus. ex auro et scribitur. quia eterne uite remuneratio. in eterne sapientie uisione proficit. que pauis claritate exprimitur. sicut scriptura loquitur.
Accipite sapientiam sicut aurum. haurietis aurum. mille septingentis sicilus appendunt. eum opa profecta gemine dilectionis omnipotentia uirtutum perfectione. ex sci spe operatione. et eterne claritatis remuneratione extollunt. Absque ornamentis et monilibus. et uestis purpurea. quibus madian reges uti solent. et preter torques aureos camelorum. Ornamenta. scilicet allegoriarum decores. monilia. scilicet moralitatum complexiones. uestis purpurea. scilicet anagogen distinctiones. Quibus madian reges uti solent. quia multiplici decore. uetus testamenti apices pollent. Qui recte regum uocabulis honorantur. qua per eos illi reguntur. honorantur. qui uere uite sue reges efficiunt. Torques aureos camelorum. scilicet auro sapientie refulgentes. diuerse sententie doctorum. quos REBECCA ad puteum potitat. quos profecta patientia uere sapientie participatione donat. GEDEON ex eo ephot fecit. eum a pe ex multiplici auro uetus testamentum. uestem sacerdotalem intexit. qua uere sapientie doctrina. ecclie sue doctores componit. Quem in ciuitate sua EFFRA ponit. eum ueteris testamentum doctrinam in synagoga reponit.
Omnis israel in eo formicat. eum ppls iudaicus carnali sua intelligentia scripturam ueteris testamentum constuprare conatur.
Quem GEDEON i. omni domui eius fit in ruinam. eum ppter carnalem in lege synagoge intelligentiam. a pe crucis et passionis sustinet ignominiam. Propter quam tota domus eius scandalum patitur. sicut ipse eidem sue domui in cena loquitur. Omnes uos scandalum patiemini in me in nocte ista. quia scriptum est. Percutiam pastorem et dispergentur oues gregis. SEQUITUR.
VAILIATUS fuit autem madian coram filiis israel. nec poterant ultra leuare cerwices. si quierunt tra. xl. annos. quibus prefuit GEDEON. Abiit itaque IEROBOAL filius IOAS. et habitauit in domo sua. habuitque LXX. filios. quos egressi sunt de femore eius. eo quod plures haberet uxores. Concubina autem eius quam habebat in sichem. genuit ei filium nomine ABIMELECH.
Mortuus est autem GEDEON filius IOAS in senectute bona. et sepultus in sepulchro IOAS patris sui in EFFRA. de familia
MADIAR Loram filius israel. EBRI. humiliat. eum iudicium illud ydeo nationis. quod per scriptam legem denuntiat. per spm libertatis. in mysterio redemptionis expugnat. Non potest ultra leuare cerwicem. de qua STEPHANUS obdurata redarguit contionem. Duri inquit cerwice. et incircumcisi cordibus uos semper spui sco restitistis. Terra per xl. annos quiescit. eum ul ecclia. ul quelibet fidelis anima. per obseruantiam utiusque testamenti. quam summa comprehendit quadragenarii numeri. incursum diaboli. peccati et mortis compescit. Quadragenarius enim numerus. ex quinque et decem multiplicatur. et per quinarium. quinque euangelia. per denarium decalogus figuratur. quo